ſtituet: præſertim, ſicubi in lapſu memoriæ, non ſtatim linguâ calamovè voces latinè poterunt exprimere, quas in tempore reddere debebunt. Deinde ſyllabas quaſq; propriis accentibus notari feci, ne fluctuent Adoleſcentuli, de legitimo cujusq; vocis pronunciatu. Nimirum videmus quàm à plagoſis quibusdam Orbiliis miſerè nonnunquam pueruli crucientur, ſicubi vocabula incautiuſculè & imperitè protulerint; quæ tamen ipſi pædagogi nunquam prælegendo eos præiverint, ut audiſſent rationem accentuum in cujusq; ſyllabæ juſto prolatu. Non dicam, hanc partem interdum aliquos Præceptores ipſos halucinari, ut dubitent, quà vel intentione vel depreſſione vocis ac ſyllabæ nitantur; ideoq; teſtatur Experientia, quòd temere potius puerum

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn323608884/11
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG